

Johannes Kerßenbroick von


**Quinqvatrvs Maiæ Festæ Natali Nobiliss. & Ornatiss. juvenis Dn. Gregori Nobilißimi [et] Magnifici Herois Theodorici Bevernest Consiliarij provincialis Megapolitani, Domini Hereditarij in Lysevitz et Guilitz &c. Filij unici, optimi Officii [et] Amoris Ergò Sacratæ ab Joanne à Karßenbroich VVestp.**

Rostochii: Typis Stephani Myliandri, Anno M D VC.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1775748812>

Druck Freier  Zugang







100

2806

A. Dd. 6

Heber V-5344

with 4 more //

69-2065 1-30

<SON>




Ex libris

- 4 -









QVINOVATRVS MAIÆ 20.  
FESTÆ NATALI

Nobiliss. & Ornatiss. juvenis Dn. GREGORI

*Nobilissimi & Magnifici Herois*

THEODORICI BEVERNEST

Consiliarij provincialis Megapolitani,

Domini Hereditarij in Lysévitz &

Guilitz &c. Filij unici, optimi

OFFICII & AMORIS

*Ergò*

*Sacratæ ab*

*Joanne à Karßenbroich*

*V Vestp.*



ROSTOCHII

*Typis Stephani Myliandri*

*Anno clò 1ò VC.*





# ANNUS MENSIS

& dies natalis, qui est quartus ab  
Idib. Maijs.

MaIVs ter senos pLVsqVe Vno eXegerat ortVs  
CLarIVs eX CœLo LVCerqVe Potentia: VIVVs.





**I**Dus, quæis anni redijt pulcherimus  
ordo;  
Seu nitidam clari faciem meditabere  
cæli,

Seu frondes, nemorumq; comas, pictosve colores  
Parturientis agri, tumidi seu gramina prati,  
Seu spectare libet variatos ordine flores;  
Quos Venus in roseis hortis plantavit Adonis:  
Maja fausta precor nobis concedite fata.

Idus, Mercurio libuit quæis visere terras  
Mortalesq; animas: sic permittente Diana.  
Idus Romana quondam quæ sceptrâ catervâ  
Mandastis; fascesq; novos: sellamq; curulem.

Idus divina! quæis claro sanguine cretum,  
De BEVERNESTI (totum quem finxit Apollo)  
Infantem placuit, sic fortè volentibus astris  
In tennes nitidi producere luminis auras.

Idus felices iterum bis terq; quaterq;  
Maja: fausta precor nobis concedite fata.

Non minor ô Maja referenda est gratia vobis,  
(Gratia pro merito hoc poterit si pendier ulla  
Digna satis) largo dives qui flumine lingua  
Mercurius, vel quam solvit Romana propago.  
Aut quam pro placido cæli persolvere vultu

A 2

Suavi

Alex ab  
Alex Gen.  
dier. lib. 3.  
cap. 18.  
Liv. lib. 3.



Suavissonis varians modulis Philomela sonoram  
Asolet, inflato, (rem miram!) gutture vocem:  
Dum repetitq<sup>2</sup>, quaterq<sup>2</sup>, iterat saliens solitū huc huc.

Sed (fas) fortè tuam poscunt quia numina vocē  
GREGORI alloquere: Et blando sermone fatiga.

Cum tribus exactis lustris nunc volvitur annus  
Quinquatrus Maje; qua sancta Potentia luce  
Festa agitur: nostri lux hac genitalis origo  
Prima fuit: vitæq<sup>2</sup>, dedit primordia nostra.

Hicce dies festus noster genitalis habetur.

Quare agite, ut pueri quondam vos cura remordet  
Si juvenis: vitam hanc servate, mihiq<sup>2</sup>, patriq<sup>2</sup>.

Maje: fausta precor nobis concedite fata.

Macro. lib. Pregnantis numerosa suis stirps, Mercurij fons,

1. Saturn. Scirpeæ si de ponte juvant pariter simulachra;

Ovid. V. In rapidas Tyberis virgo qua porrigit undas:

Fastor. Sive fabæ novies nigra nudo pede missa:

Alex. ab. Non mora, sus, lustralis aqua, Et faba nigra paran-

Alex. lib. Hicce dies festus noster genitalis agetur. (tur.

3. cap. 12. Cereæ seu petitis qua quondam viva dabantur

Alex. ab. Membra virum; vobis pia numina supplice dextra

Singula pro meritis (mandat quod rector usus

Naturæ) faciam: neq<sup>2</sup> enim non gratus haberi

Usq<sup>2</sup> volo. liceat sanctaq<sup>2</sup> litare Minerva.

Hicce



Hicce dies festus noster genitilis agetur.  
Casta fave Lucina mihi. Sic dixerat ille:  
Annuerant pariter sanctæ pro more sorores.  
Ecce! Deæ; Pallas, Lucina, Potentia, Maja  
Mutua in alternis complexibus oscula miscent!

Gnostica si qua valent igitur presagia, lato  
Te cæli natum vultu, vultuq; sereno  
Conspicuum, insignemq; satis, censere decebit  
Fortis Fortuna ditat quos largior usus

Inter BEVERNEST. FATA ARCONATIBVS imple,  
SCILICET omnibus est labor impendendus: amata  
Fert labor impensus: neglectus, pellit & arcet.

Sponte mea mitto, genus, aurum, pradia, censum  
Glandiferas sylvas, fundum saturum, udaq; stagna  
Et quid non? nihil est quod non tibi suppetat ultrò.  
Hæc oculis vulgus fert, suspicit, admiratur: (ces  
Ampla equidem! peregrina tamen tu parvaq; du-  
Ni PROPRIIS (quod me vel sæpè monente, citato  
Usq; gradu properas, vel te quia fortior intus,  
Vis stimulat) famam et VIRTUTEM VIRIBUS ornes.  
Illa aliunde tibi veniunt, hæc nascitur intus  
Cultaq; si fuerit vires capit: HINC DECUS OMNE

Hic ex materno quid sanguine suxeris, & quæ  
STRALENDORFIACÆ matris sint dona, silebo.

Quippe



Quippe, animus rectiq<sup>3</sup>, tenax, justiq<sup>3</sup>, minister,  
 Et genus antiquum longo de stemmate ductum,  
 Et pietas, latè se fundens, luminis instar  
 Phæbèi, nostro nequeunt sat carmine ferri.  
 Inclita, quæ cunctis VIRTUTUM dotibus aucta  
 Sola tibi stimulos addit vel PATRIS IMAGO.  
 Cuius in omnigenas procul est hinc cognita terras,  
 Fama viri: claretq<sup>3</sup>, satis prudentia magna.  
 Huic Lachesis seros ad secula protrahat annos.  
 CÆSARIS ipsius spectes, regumve, ducumve  
 Aut Megalespoleos ULRICI principis aulam,  
 HEROAS magnos INTER nomenq<sup>3</sup>, decusq<sup>3</sup>  
 (SCILICET hoc probitas merita est & vivida VIRTUS  
 Qua, via sola patet sacrata ad limina HONORIS)  
 Obtinet. & famam longè virtutibus antèit.  
 Ardua consilijs si tractat pondera rerum  
 Sive arguta jocis tractat dilemmata falsis,  
 Et foris, atq<sup>3</sup>, domi, teneris mens culta sub annis  
 Difficili gravium nutritaq<sup>3</sup>, pondere rerum;  
 Non sinit indocto sermonem promere verbo.  
 Non sinit à verbo facinus dissentiat ullum.  
 Sancta FIDES, morum GRAVITAS sic fœdera nectūt.  
 Nestora consilijs! quid? me! cur texere laudes  
 Innumeras, numeris brevibus volo? detero laudes  
 Nec

Rosin An-  
 tiq. Rom.  
 Lib. 2.



Nec mea sufficiunt in laudes ora: neq; ille  
Fert sua in os dici praconia: non ego dicam:  
Forsitan at digno pangentur carmine quondam.

HUJUS AD EXEMPLUM monitus tu te instrue. pe-  
Imbue virtutum studio, mentemq; politis (ctus,  
Artibus exorna: cum factis lingua loquatur:

(Et quia sponte facis laudo, & calcaria subdo)  
Quid deceat, cernas; non quid juvet. Omnibus ultrò  
Tu prodesse velis nulli nocuisse: paratus

Praeq; tulisse tuis aliorum commoda damnis.

Ingenijq; opibus fidas, opibusq; caducis. Psal. 62.

Diffidas: aliosq; tibi conferre labores:

Et varios varia ritus cognoscere gentis:

Et patulas aures, rectè, prabere monenti:

Clausas, qui dulci, fingit medicata veneno.

Fascinet ulla tuos nec vana superbia mores;

Serviat at fatis animus. patiensq; laboris.

Eurylochus virgam Circes fuge. moly teneto. Ovid. 14.

ESSE BONUS, NOMEN STUDEAS PATRIUM QVE TVERI. Meta.

HÆC opera, atq; hæc sunt GENEROSÆ SEMINA MENTIS

Hoc Virtutis opus: RHODUS HIC; & saltus: & actus

Sic rem ter gratã præstas. Quinquatribus, & ter

Sic demum ad portum venies, sine cortice nabis:

Sicq; tibi dabis ipse rudem: ponesq; trophæa. Ros. Ant.

A4

Tunc Rom. lib. V.  
cap. 24.




Hor. Satyr.  
lib. 1. Sat.  
4.


Tunc bene ad EXEMPLUM te conformasse PARENTI  
Tunc benè, (DI facite hoc) quem te sperare parètes,  
Tunc benè, quemq; boni cuncti optavere futurum  
Dicèris: colacem fugiesq;. Fuges Sycophantam,  
Quiq; malo flagrant rumore & rodere cunctos  
Tentant; & nigra succum loliginis efflant:  
Et capite obstipo dum stant, mordent genuino.  
SIS CATUS. En, claudit tunc rectè exordia finis.  
Lurida tu febris procul hinc, pro hinc age, fessum  
Continuis torquere modis, ab desine corpus.  
Vota regunt fatum, fas fato jungere votum  
SIS BONUS ò felixq;: TUISq;, ALIISq;, TIBIq;.  
Quinquatrus Maja, vos capta levate. Valet  
Idus, quèis anni redijt pulcherrimus ordo.



























9  
2065<sup>1-30</sup>  
==





sufficiunt in laudes ora: neq; ille  
 os dici praconia: non ego dicam:  
 digno pangentur carmine quondam.  
 EMPLUM monitus tu te instrue. pe-  
 studio, mentemq; politis (Etus,  
 cum factis lingua loquatur:  
 (Et quia is laudo, & calcaria subdo)  
 Quid deceat non quid iuuet. Omnibus ultrò  
 Tu prodesse nocuisse: paratus  
 Praeq; tulisse commoda damnis.  
 Ingeniq; opibus usq; caducis  
 Diffidas: aliosq; labores:  
 Et varios varia retere gentis:  
 Et patulas aures, re monenti:  
 Clausas, qui dulci, fin ta veneno.  
 Fascinet ulla tuos nec amores;  
 Serviat at fatis animus. laboris  
 Eurylochus virgam Circes teneto.  
 ESSE BONUS, NOMEN STUDEA QVE IVERI.  
 Hæc opera, atq; hæc sunt GE NA MENTIS  
 Hoc Virtutis opus: RHODUS HIC; actus  
 Sic rem ter gratã prestas Quinq; ter  
 Sic demum ad portum venies, sine co  
 Sicq; tibi dabis ipse rudem: ponesq;

Psal. 62.

Ovid. 14.  
Meta.

Rof. Ant.  
Rom. lib. V.  
cap. 24.

A4